

lueris, Tobias ad arbitrium & nutus diuinos se fingens totum, praesto est. Quod hoc capite erit exequendum. In quo mihi maxime sequendam duxi praceptionem Seneca. qui sapienter: *Plus prodest, inquit, si pauca praecipia tenas, sed illa in promptu & in usu tibi sint, quam multa quidem didiceris, sed illa non habens ad manum. Consilium saluberrimum. Eam ob rem hoc capite, praceptionem hanc vnicam ingeremus. Conformitatem humanae voluntatis cum diuina, fundamentum esse omnis sanctimoniae solidissimum, optimum; nec esse, quod Deo magis placeat, quam iste voluntatum consensus & conspiratio: de qua ordine, sed breui, septē monita trademus.*

Seneca l. 7. de Benefic. c. 1. 1030.

Septē monita.

I. Conformatio humanae voluntatis ad diuinam est apex & perfectio omnium doctrinarum.

Monitum. Hae doctrina de conformatione humanae voluntatis ad diuinam non solum praecipiones & doctrinas Christianorum omnes comprehendit, sed omnium est apex & perfectio. Si mihi ceterum annis ad Christianam plebem e cathedra dicendum, hae ego praceptionem semper vnicē instillarem: *In omnibus velis, quod vult Deus.* Leonardus Lauredanus Venetus, vir oppido doctus memorat beatam Catharinam Genuesensem ita cœlitus edoctam, vt ex oratione dominica vnum illud fumeret: *Fiat voluntas tua.* E Salutatione Angeli hanc vnam sibi vocem exceperet: *Iesus vs. s. E* bibliis totis vnicum illud verbulum retineret: *Amo.* Sanctioris vitæ solidius fundamentum non habemus, quam istud vnicum: *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra.* Nil explicare, nil & factu melius, nil Deo gratius, quam velle hominem, quod vult Deus.

II. Voluntas Dei duplex est, altera Beneplaciti.

II. Voluntas Dei duplex est Theologis, prima Significatiua, altera Beneplaciti. Illa Significatiua est, quæ dicitur, quod Deus creat, disponit, renouat, agit quod vult: hae Dei voluntas ab omnibus retrō factus, ab omni aeternitate gubernat, regitque omnia. Hae Dei voluntas nunquam non perficitur, hae semper consummatur, quidquid mortales hic infra turbant, aut exerrent. Nos, non tantum voluntati, quæ signi est, quæque leges & præcepta continet, sed ei etiam, quæ Beneplaciti est, nostram voluntatem omnem atremperemus. In iis maxime, quæ nobis mira, insolita, & pæne absurda videntur, dicamus paratissime: *Fiat, Domine, voluntas tua.* Contingit sapienter, vt viri animosi, prudentes, eruditi, bellicosi, sancti & integerrimi rem omni cura, ingenti studio, summa solertia tractent, rei tamen exitus infelix, malus, calamitosus sit. Hic, obsecro, rectissima via curramus ad diuinam voluntatem Beneplaciti, ad Prouidentiam Dei; dicamus cum Ecclesiaste: *Vidimus sub sole nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorem diuitias, nec artificium gratiam.* Summa Dei prouidentia in his omnibus aurigatur. Atque hinc quandoque prioribus cōtraria videmus. Nunquam homines ineruditi, impudentes, timidi, scelerati oscitantur quippiam, in doctē, imprudenter, segniter, aggrediuntur, & ad felicem exitum adducunt; quod male moliantur, perficiunt, summa votorum impetrant. Hinc subinde prouincia tota, totumque regnum turbatur & labat. Non ignota cano. Hic iterum ad Dei voluntatem ac prouidentiam currendum, quæ hae omnia destinatissimis consiliis; permissionibus ordinatissimis disponit. Huc respiciens sapienter dixit Seneca. *Inuadit temperatissimos morbus, validissimos phibitis, innocensissimos penas secretissimos tumultus.* Hic in sola Dei voluntate acquiescendum. In aliis liceat subinde dicere: Plus vltra hic religiosissime seruandum illud: Non vltra.

Voluntas humana ad voluntatem signi & beneplaciti attemperanda est.

Eccles. 9. 11.

Seneca ep. 91.

III. Dei voluntas rerum omnium moderatrix est, omnia ad perpendicularum facit, omnia vel minima quæque in parato, in expedito habet.

III. Dei voluntas rerum omnium moderatrix est, omnia ad perpendicularum facit, omnia vel minima quæque in parato, in expedito habet. Ditescere, depauperari; bellē valere, morbis cortipipi; Vincere, vinci ab hac esse Abraham contra Babylonios victoria potius potuisset sibi videri magnus. At verò

rex Salē Melchisedech: *Benedictus Deus excelsus, inquit, quo protegente hostes in manibus tuis sunt.* Sennacheribus Assyriorum tyrannus circumquaque vires & propugnacula multa vi cepit, inde suam potentiam grandi supercilio circumspexit. Huic Deus per Isaiam dici iussit: *Habitacionem tuam & cœsum tuum, & introitum tuum cognoui, & insaniam tuam contra me. Cum frueres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas, sponam ego circumsum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam venisti. Mi rex Sennacherib, me hac habes omnia; ego tibi pandebam portas ad arces & ciuitates capiendas; absque me nulla fuissent vires tuae; me disponente ac permitte innumeris pauperum afflixisti, plurimos diuitum depauperasti, sed nec tu manus meas euades, præmium te dignum recipies. In templo tuo a tuisner filiis occideris. Ita Deus vult, ita factum est, Dei voluntas omnium moderatrix.*

Gen. 14. 20.

Isa. 37. 28. & 29.

§. II.

Sacrificium summum, Deoque gratissimum, propriam voluntatis oblatio. Sanctissimos quoque viros puscæ legis considerate, Noëcum, Abrahamum, Iosephum, Dauidem, Tobiam; cur eos Deus totærumis ac calamitatis vires exercuit, quid ab eis extorquere voluit? Hanc vnicam audire cupit cantu iucundum: *Domine, secundum voluntatem tuam fac mecum.* Abrahamus & Dauid de consequendo primo præmio certarunt, & nescio an non vterque primus fuerit in hac suæ voluntatis conformatione ad diuinam. Abrahamus suum ipse sanguinem, suum filium obsequentissimē in victimam datus, iam gladium vibrabat in iugulum, prius tamen suam iugulauerat Deo voluntatem. Dauid autem id iustitiam tulit e caelo: *Inueni David, filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* An non vterque dignus primo præmio? Narrat calicum encomiastes Surius rem memoratū dignam in rebus gestis Eugenij Carthaginensis Pontificis, qui quo vixit, quo Hunnericj Arrianorum rex imperio Catholico cœtus immannerit afflixit. Ex eo numero mater Catholici nominis, pia femina & herois, paruulum manu trahens: *Curte, aiebat, curte, eurre, mi fili vt assequamur cetos martyres. Alii e spectatoribus paruulum miserati. Quid filiolium, inquit, vltra vires fatigas? His adeo generose ac pie respondit mater, vt illi lacrimis opletis, hoc vnum haberent dicere: *Fiat voluntas Dei.* Istud in rebus omnibus, aduersis maxime, dicendum. Non est sanctius Deoque gratius sacrificium ab homine, quam propria voluntatis oblatio, seu vera cum diuina voluntate Conformitas.*

4. Sacrificium summum Deoque gratissimum, propria voluntatis oblatio.

Act. 13. 23.

V. Hæc ipsa cum diuina voluntate Conformitas, nihil agendum, aut patiendum excipit. Noëmi, annus Hebræa, Ruthæ focus decennio laborabat, vt Rutham nunturum suam ad Dei cultum, veramque religionem pertraheret, sed nullo successu; frustra fuerunt dicta. Deum vale vltimum dictura: *Nunc enim verò, inquit, abi me filia cum cognata tua Orpha. Cui Rutha ingenuē: Ne aduerseris mihi, ait, vt relinquam te & abeam. Quocumque perixeris, pergam, & ubi morata fueris, ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus, & Deus tuus. Deus meus: quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar; ibiq; locum accipiam sepulture. Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si non sola mors me & te separauerit.* Paraphraste Complotensi bibliotheca ita loquentem sinit Noëmi: *Præceptum nobis est filia, vt iter sabbathi non vltra didimum milliare instituat. Cui Rutha: Ibo, quod ieris. Sed iterum Noëmi: Nos, inquit, sexcentas tredecim habemus leges seruandas. Ad quæ Rutha: Quidquid tuus seruauit populus, & ego seruabo. Noëmi denud: Imperato nobis est a Deo, ne ritus & ceremonias exterorum nostris miscemus faceris; Cui Rutha: Deus tuus, Deus meus erit, quid*

5. Hæc ipsa cum diuina voluntate conformitas, nihil agendum, aut patiendum excipit.

Rutha cum Noëmi cōsensu.